

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Anthropologia Anatomico-Physica**

**Baumer, Johann Wilhelm**

**Francofurti, 1784**

**VD18 11680695**

Cap. X. Aortae descendentis rami pectorales.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16622**

gito indice finitur, vel missis digito indici atque pollici ramulis, arcui palmari profundo inferitur. *A. de Haller* l. c. fasc. VI. tab. III. & V.

## CAP. X.

*Aortae descendens rami pectorales.*

## §. I.

*Arteria  
bronchiales.*

**A**rteriæ bronchiales ex œsophagea, vel communi trunco cum intercostali prima dextræ lateris, ex postica aortæ descendens parte, digiti latitudine supra intercostalium supremas ex aorta ortas, conveniunt. Truncus is bronchialis, dimisso, paullulum sub ortu suo, ramo ad pulmonem sinistram, ante œsophagum, ad bronchiorum bifurcationem pergens, pulmone dextro immittitur. Alias bronchialis sinistra, rarius dextra, ex ipso aortæ trunco, & dextra perraro ex mammaria interna, conveniunt. Bronchiorum radicibus harum arteriarum ramuli dati sunt. Vid. *F. Ruysch* in dilucid. valvularum in vasis lymph. p. 22. f. 9. *A. de Haller* l. c. fasc. III. tab. V. *Eiusd.* diss. de arteriis venisque bronchialibus & œsophageis. Goettingæ MDCCXXXIII. *D. Jo. Aug. Woblfarth* specimen anat. medic. de bronchiis vasisque bronchialibus. Halæ MDCCXLVIII.

*Schol.* Arteriæ bronchiales a Galeno atque Fernelio iam indicatæ, sed a *Ruyschio* primum

accuratius descriptæ atque delineatæ sunt. Vid. *J. B. Morgagni* advers. anat. 5. animad. 32.

§. II.

Ex aorta descendente, sub bronchiali, *Oesophariarius* a prima intercostali, arteriæ duæ, *gea.* quandoque una tantum, vel tres, arteriæ œsophageæ proveniunt. Nonnullas etiam a bronchialibus atque ab arteriis pericardii posterioribus accipit. *A. de Haller* fasc. III. tab. V. *F. Ruysch.* ep. anat. 6. fig. III. lit. c.

§. III.

A posteriori aortæ descendens facie *Intercostales inferiores* novem decemve arteriarum intercostalium paria sigillatim, vel binæ communi trunculo, provenientia, dimissis circa ortum suum nonnullis ramusculis, musculis vertebralibus vertebrarum corpori & medullæ spinali destinatis, in inferioribus costarum marginibus atque sulcis ad sternum usque pergunt, & circa earum medium in duos ramos, internum atque externum dividuntur; quorum ille pleuræ, musculis intercostalibus internis, septoque transverso, hic intercostalibus externis, aliisque pectoris musculis, ramulos distribuunt. Costis autem spuris dicatæ ab his paullatim declinantes, ad abdominis musculos abeunt & cum lumborum arteriis anastomoses faciunt. Vid. *Dn. Bertin* dans l'Histoire de l'Acad. Royale des Sciences 1737. p. 72. *A. de Haller* l. c. fasc. III. tab. V. fasc. VI. tab. I.

fasc. VII. tab. III. & V. *J. B. Morgagnus* de sed. & caus. &c. lib. 5. epist. 70. art. 10.

*Obs.* Cum arteriis spinalibus, lumborum, hypogastricis atque epigastricis arteriæ intercostales anastomoses ineunt.

## CAP. XI.

*De arteriæ aortæ ramis abdominalibus.*

## §. I.

*Arteria  
phrenica,*

**T**am respectu numeri, quam ortus, arteriæ phrenicæ variant. Modo una, cito bifida, modo duæ, dextra frequentius ex cœliaca, vel ramo eius coronario, sinistra ex aorta originem ducunt. Rami tres, imo quatuor, partim ex cœliaca, partim ex aorta venientes, etiam observantur. Utraque phrenica per anteriora appendicis septi transversî, extrorsum ascendens, diaphragmati ramulos innumeros anastomoses inter se facientes distribuit. Capsulis renalibus, musculis intercostalibus a phrenicis, hepatis a dextra, ventriculo, œsophago a sinistra rami sunt. A vasis vicinis lumborum pericardii, intercostalibus, mammariis internis &c. ramulos minores septum transversum quoque accipit. *A. de Haller* l. c. fasc. VIII. tab. I.

## §. II.

*Arteria  
cœliaca,*

Ex anteriore aortæ superficie, statim sub diaphragmate, arteria cœliaca, a *κοιλία* venter nomen trahens, perbrevis truncus oritur, qui, ablegata phrenica dextra, in